ſed ex tuis amicis aliqui talia quædam fecerint, dicendum eſt, haudquaquam iuſtum eſſe, te ab illis calumnia affici. Eritque demonſtrandum, eorum ſocios, qui tibi conſuetudine iuncti ſint, & moderatos, & honeſtos eſſe. Sic enim inſimulationem ambiguam reddes. Quòd ſi ſimilium alios demonſtrarint eadem patrauiſſe, abſurdum eſſe inquies, ſi propterea quòd alij quidam deliquiſſe appareant, creditum eant, te eorum aliquid, quibus in iudicium arceſſeris, factitaſſe. Si quidem igitur inficiatus fueris, haud ea feciſſe, quorum accuſaris, ſic te per probabilia reſpondere oportet. Ita nanque accuſationis veriſimilitudinem infirmabis. Si verò fateri compellaris, ex multorum conſuetudine ſimilitudinem negotiis tuis vindica, quàm maximè, inquiens, vt plurimi, vel potius omnes, & hoc, & ſimilia agant, ſicuti etiam abs te factitatum ſit. Quòd ſi hoc demonſtrari nequeat, confugiendum eſt ad caſum, & ad imprudentiam, & vt tibi ignoſcatur enitendum, omnéſque hominum perturbationes, quibus ratione deficimur, complectendæ. Hæ autem ſunt, amor, ira, vinolentia, ambitio, & iis ſimilia. Itaque iis præceptis probabile pulcherrimè tractabimus.

CAPUT IX.

Exempla autem ſunt res his, quæ factæ ſunt ſimiles, & his, de quibus nunc loquimur, contrariæ. Iis verò vtendum eſt, cùm quod ipſe affirmas, vbi minus veriſimile ſit, id te perſpicuum facturum dicas. Nam ſi minus fidei per probabile præſtetur, vbi didicerint rem aliam ei ſimilem, de qua loqueris, ita habuiſſe, vt à te dicitur, magis crediderint verbis tuis. Sunt autem exemplorum duo genera. Res nanque partim ratione, partim præter rationem fiunt. Quæ verò ratione fiunt, facilè creduntur. Quæ autem præter rationem, non creduntur. Dico autem, ſicuti ſi quis ait, diuites eſſe pauperibus iuſtiores: adducítque iuſtas aliquas virorum diuitum actiones, huiuſcemodi exempla ſecundum rationem videntur eſſe. Plurimi enim putant, diuites pauperibus iuſtiores. Quòd ſi quis rurſus enuntiet diuitum quoſdam ob pecunias iniuriam intuliſſe, eo vſus exemplo, quòd præter rationem ſit, planè efficiat, quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidem etiam ſi quis earum rerum exemplum afferat,

A ἂν δὲ τῶν δὲ φίλων σου τινὲς τυγχάνωσι τοιαῦτα πεποιηκότες, χρὴ λέγειν ὡς οὐ δίκαιόν ἐστι δι' ἐκείνοις αὐτὸν διαβάλλεσθαι, καὶ δεικνύναι τῶν αὐτῷ συνήθων ἑτέρους ἐπιεικεῖς ὄντας. οὕτω γὰρ ἀμφίβολον ποιήσεις τὸ κατηγορούμενον. ἂν δὲ τῶν ὁμοίων δεικνύωσι τινὰς τὰ αὐτὰ πεποιηκότας, ἄτοπον εἶναι φάσκε, εἰ διότι ἕτεροί τινες ἐξαμαρτάνοντες φαίνονται, B πιστὸν εἶναι, ὅτι τῶν ἐγκαλουμένων τι καὶ σὺ πεποίηκας. ἂν μὲν οὖν ἔξαρνος ᾖς μὴ πεποιηκέναι τὴν κατηγορουμένην πρᾶξιν, οὕτως ἐκ τῶν εἰκότων χρή σε ἀπολογεῖσθαι. ἀπίθανον γὰρ ποιήσεις τὴν κατηγορίαν. ἂν δὲ ὁμολογεῖν ἀναγκάζῃ, τοῖς τῶν πολλῶν ἤθεσιν ἀφομοίου τὰς σαυτοῦ πράξεις, ὅτι μάλιστα λέγων, ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ οἱ πάντες, τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα C πράττουσιν οὕτως, ὥς σοι τυγχάνει πεποιημένον. ἂν δὲ μὴ δυνατὸν ᾖ τοῦτο δεῖξαι, καταφευκτέον ἐπὶ τὰς ἀτυχίας, ἢ τὰς ἁμαρτίας, καὶ συγγνώμης πειρατέον τυγχάνειν, παραλαμβάνοντα τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων γινόμενα πάθη, δι' ὧν ἐξιστάμεθα τοῦ λογισμοῦ. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἔρως, ὀργὴ, μέθη, φιλοτιμία, καὶ τὰ τούτοις ὁμοιότροπα. τὸ μὲν οὖν εἰκὸς, διὰ ταύτης τῆς μεθόδου τεχνικώτατα μέ- D τιμεν.

Κεφάλαιον θ.

Παράδειγμα δ' ἐστὶ, πράξεις ὅμοιαι γεγενημέναι, καὶ ἐναντίαι ταῖς νῦν ὑφ' ἡμῶν λεγομέναις. τότε δὲ χρηστέον αὐταῖς ἐστὶν, ὅτε ἄπιστον ὂν τὸ ὑπό σου λεγόμενον, εἶναι φανερὸν ποιῆσαι θέλεις, ἐὰν διὰ τοῦ εἰκότος μὴ πιστεύηται, ὅπως πρᾶξιν ὁμοίαν ἑτέραν τῇ ὑπό σου λεγομένῃ καταμαθόντες οὕτω E πεπραγμένην, ὡς σὺ φῂς γεγενῆσθαι μᾶλλον πιστεύσωσι τοῖς ὑπό σου λεγομένοις. εἰσὶ δὲ τῶν παραδειγμάτων δύο τρόποι· τὰ γὰρ τῶν πραγμάτων γίνεται κατὰ λόγον, τὰ δὲ παρὰ λόγον. ποιεῖ δὲ τὰ μὲν κατὰ λόγον γινόμενα πιστεύεσθαι, τὰ δὲ μὴ κατὰ λόγον, ἀπιστεῖσθαι. λέγω δ' εἶναι, εἴ τις φάσκει τοὺς πλουσίους δικαιοτέρους εἶναι τῶν πενομένων, καὶ φέρει τινὰς F πράξεις πλουσίων ἀνδρῶν δικαίας· τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν παραδειγμάτων, κατὰ λόγον εἶναι δοκεῖ. τοὺς γὰρ πλείστους ἐστὶν ἰδεῖν νομίζοντας τοὺς πλουτοῦντας εἶναι δικαιοτέρους τῶν πενομένων. εἰ δέ τις πάλιν ἀποφαίνει τινὰς τῶν πλουσίων ἐπὶ χρήμασιν ἀδικήσαντας, τῷ παρὰ τὸ εἰκὸς γεγενημένῳ παραδείγματι χρώμενος, ἀπίστους ἂν ποιοῖτο τοὺς πλουτοῦντας. ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις φέρει παράδειγμα τῶν κατὰ λόγον